# The Electronic Manipulus florum
# www.manipulusflorum.com

## Superbia o
### cum fontibus primis

mirabiliter ibi eum dixit inflatum mente carnis suae, ubi thelohumilem supra dixerat;

Fit miris modis in anima hominis ut de falsa humilitate magis infletur quam si apertus superbiret.

fit enim miris modis in anima hominis, ut de falsa humilitate magis infletur, quam si apertius superbiret.

Augustinus Hipponensis, *Epistulae*, 149, 2, 28 (CSEL 44, A. Goldbacher ed., p.374, ll.21-23).

Et non nunquam deicit Deus occultam mentis superbiam per carnis manifestam luxuriam.

Augustinus in quadam epistola.

Deus autem nonnunquam deicit occultam mentis superbiam per carnis manifestam ruinam.

Isidorus Hispalensis, *Sententiae*, 2, 39, 1 (CCSL 111, P. Cazier ed., p.170, ll.5-7).